

illicitas atque damnosas seu inutiles conscriptiones vel commutationes, evacuentur et ad ius vel potestatem ipsius monasterii restituatur.<sup>b</sup> Ut autem hec nostra imperialis preceptio per futura tempora firmiorem obtineat vigorem, manu nostra subter firmavimus et anulo nostro sigillari iussimus.

¶ Signum domni secundi Ottonis (M.) serenissimi imperatoris augusti.<sup>c</sup> ¶

¶ Iohannes cancellarius advicem Petri Papiensis episcopi argicancellarii<sup>d</sup> recognovi et subscripsi. ¶ (SI. 4.)

Data VIII. idus augusti anno dominice incarnationis DCCCCLXXXI, imperii vero domni secundi Ottonis imperatoris augusti XIII, indictione VIII; actum Cerice; feliciter amen.

conscriptioes vel commutationes, evacuentur et ad ius vel potestatem ipsius monasterii restituatur.<sup>n</sup> Ut autem hec nostra imperialis preceptio per futura tempora firmiorem obtineat vigorem, manu nostra subter firmavimus et anulo nostro singillari iussimus.

¶ Signum domni secundi Ottonis (M.) serenissimi impratoris<sup>n</sup> augusti. ¶

¶ Iohannes cancellarius advicem Petri Papiensis episcopi argicancellarii<sup>n</sup> recognovi et subscripsi. ¶ (SI. D.)<sup>q</sup>

Data VIII. idus augusti anno dominice incarnationis DCCCCLXXXI, imperii vero domni secundi Ottonis imperatoris augusti XIII, indictione VIII; actum Cerice; feliciter amen.

## 255.

*Otto investirt auf Grund einer gerichtlichen Entscheidung den Abt Johannes mit den ihm entzogenen Besitzungen des Klosters S. Vincenzo am Volturno und des Marienklosters in Apinianici.* — 981 August 9.

*Chronicon Volturnense, Codex autographus aus dem Anfang des 12. Jh. f. 244 in der Bibliothek Barberini zu Rom (A).*

*Baronius Ann. eccles. ed. I. zum J. 981 Fragm. aus A. — Ughelli Italia sacra ed. I, 1, 959 aus A zu 981 = ed. II, 1, 888 und ed. I, 8, 46 aus A zu 980 = ed. II, 8, 35. — Muratori SS. 1<sup>b</sup>, 465 aus A. — Böhmer Reg. 582. — Stumpf Reg. 802.*

*Bis auf das Eschatokoll welches mit dem ausserhalb der Kanzlei verfassten DO. II. 254 übereinstimmt, von It. I. dictirt und geschrieben. — Die gleichzeitige Notitia (Stumpf Reg. 804) über eine Gerichtsverhandlung in ipso campo de Cedici intro ipsam casam d. Ottonis imperatoris augusti haben wir, da der Kaiser nicht anwesend erscheint, nicht aufgenommen, führen sie aber an, weil sie mehrere der in D. 255 genannten Beisitzer ebenfalls aufzählt und einige Namen offenbar richtiger als die Abschrift von D. 255 angibt.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Otto divina annuente elementia imperator augustus. [Si ecclesiarum dei curam habere studuerimus, procul dubio imperium nostrum stabiliri et insuper vitam eternam promereri credimus.] Quocirca omnium sancte dei ecclesie fidelium nostrorumque presentium videlicet ac futurorum noverit universitas, Iohannem virum venerabilem ex cenobio sancti Uincentii in territorio Beneuentano constituto abbatem nostram implorasse maiestatem, quatenus pro

254<sup>a</sup>. b) A und A<sup>2</sup> c) der untere Theil von A<sup>2</sup> ist abgeschnitten worden und zwar so dass noch einige Worte der kaiserlichen Unterschrift und die linke Hälfte des Monogramms sichtbar sind und dass ebenso auf einem weiter herabreichenden Pergamentlappen das gefälschte Siegel erhalten ist d) A.

254<sup>b</sup>. q) nach der Abbildung in dem Chartular von 1708 SI. 4.

57



segue 57

dei amore nostreque<sup>a</sup> anime remedio preceptum ei conscribi iuberemus de omnibus rebus sue ecclesie, cuius condignis vocibus assensum prebentes quod petiit fieri decrevimus<sup>b</sup> et insuper nostrum missum una cum ipso venerabili abbate<sup>c</sup> et suo advocato misimus qui terram predicti monasterii escuteret potestative eamque dominio abbatis<sup>d</sup> manciparet. Sed cum noster missus nonnulla ipsius sancte ecclesie perquireret loca, 5 repperit quedam illorum quasi proprietario iure iniuste detineri ab inuasoribus ecclesiarum dei; cumque ipsi inimici Christi bis et ter essent admoniti ut ad placitum venirent<sup>e</sup> et huic malitie finem imponerent, omnino legem spreverunt et ad placitum venire distulerunt. Nos hec audientes predictum abbatem et suum advocatum vestivimus de omnibus rebus que iuste et legaliter predicte ecclesie beati Uincentii et sancte 10 Marie de Apinianici aliquo in tempore detinere vise<sup>f</sup> sunt; et pro distribuendis pravis locutionibus iniquorum iniusta querentium causantium et defendentium presens conscripta est notitia, eo modo quo inferius est ordinatum: In dei nomine. Notitia iudicatum qualiter actum est in territorio Marsicano in ipso campo de sancto Felici in placito ubi residebat Petrus episcopus de Pauia et Gibertus episcopus de Terdona 15 missi sacri palatii et Raynaldus et Oderisi germanis comitibus pro singulorum omnium iustitiam fieri faciendam vel deliberandam intentionem<sup>g</sup>, ibique residebant cum eis Albericus episcopus Marsicanus et Yngeczo et Ildeprandus et Ioseph iudex de Marsi et Berardus iudex de Ualua et Notuscheri et Theobaldus et Liudini filii quondam Liudini et Iohannes qui supranominatus Uualaheri vocatur cum Liuto filio suo et 20 Raymbaldus cum Olderiu filio suo et Liuto filius quondam Gottefridi cum Nilo filio suo et Giso filius Uualterii et Giso filius quondam Ingellarami vel reliqui plures circumstantibus vel residentibus. In istorum omnium suprascriptorum presentia sic venit Iohannes abbas monasterii sancti Uincentii quod situm est in partibus Beneuentanis, unde oritur fluvium Uulturnum, locus quod dicitur Samnie, cum Franko advocato 25 suo et querelam habebat de rebus proprietatis predicti monasterii sancti Uincentii et de rebus proprietatis monasterii sancte Marie de Apiniaci que subiecta est predicto monasterio sancti Uincentii, de rebus que sunt in territorio Marsicano, et querelam habebat suprascriptus Iohannes abbas et suprascriptus Franko advocatus suus de hominibus Marsicanis qui illi tenebant ad tertium placitum: 'Et modo sumus parati 30 de ipsis hominibus et habere illi non possumus.' Unde suprascripti episcopi et predicti comitibus interrogaverunt suprascriptos iudices: 'Qui exinde iudicate? Illi banditi fuerunt ad tertium placitum et noluerunt venire.' Tunc suprascripti iudici iudicaverunt: 'Quomodo investire debetis suprascriptum Franco avocato suo de omnibus 35 rebus proprietatis suprascripto monasterio sancti Uincentii et suprascripto monasterio sancte Marie unde querelati sunt.' Et suprascriptus Petrus episcopus et suprascriptus Gribertus episcopus et suprascriptus Raynaldus comes per unum baculum investiverunt suprascriptum abbatem et predictum Franko advocatorem suum de omnibus rebus proprietatis et substantiis suprascripti monasterii sancti Uincentii et suprascriptum monasterium sancte Marie que est in territorio Marsicano, et miserunt bandum de 40 pars domni nostri imperatoris: quicumque<sup>h</sup> de omnibus ipsis suprascriptis rebus investire presumpserit suprascripta monasteria, quomodo componat aureos bizantios centum sine legali iudicio ad prefatum monasterium. Et finita est causa ista in istorum omnium suprascriptorum presentia. Unde pro securitate predicta monasteria hanc notitiam iudicatum scribere iusserunt Loponi iudici et notario. Quam et ego Lupo 45 iudex et notarius ibi fui in anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi DCCCCLXXXI, regnante domno Ottone imperatore anno XIII, et dies mensis augusti, per indictionem VIII; Marsis; in domino<sup>i</sup> feliciter. Ego Petrus humilis episcopus et archican-

255. [Kaltenbrunner] a) nostre A b) decrevi A c) abbatem A d) abbati A  
 e) veniret A f) visa A g) intentiones A h) quecumque A i) mensis ide A 50



cellarius et proto. Gribertus episcopus et imperatoris missus interfui et subscripsi.<sup>k</sup> Ego Albericus episcopus interfui. Raynaldus comes interfui. Ego Oderisius comes ibi fui. Ingeczo, Ildeprandus, Ioseph iudices ibi fuerunt.

Quapropter precipimus ut nulla nostri regni persona iam dictum monasterium de  
5 predictis terris disvestire molestare inquietare presumat. Si quis igitur huius nostri precepti violator extiterit, sciat se compositurum auri optimi libras c, medietatem camere nostre et medietatem predicto abbati suisque successoribus. Quod<sup>l</sup> ut verius credatur diligentiusque ab omnibus observetur, anuli nostri impressione subter iussimus insigniri.

10 Signum domni secundi Ottonis (M.) serenissimi imperatoris augusti.

Iohannes cancellarius advicem Petri Papiensis episcopi et archicancellarii recognovi et subscripsi.

Data v. idus augusti anno dominice incarnationis DCCCCLXXXI, regni vero domni Ottonis secundi imperatoris augusti XIII<sup>m</sup>, indictione nona<sup>n</sup>; actum ; feliciter.

15

## 256.

*Otto verleiht auf Bitten des Bischofs Andreas der Kirche zu Lodi besonderen Schutz, bestätigt ihr den Besitzstand sammt Zoll und allen öffentlichen Einkünften sowie die Gerichtsbarkeit über die Stadt und das Weichbild mit missatischen Rechten.*

20

Originaldiplom im bischöflichen Archiv zu Lodi (A).

Ughelli Italia sacra ed. I, 4, 900 wahrscheinlich aus A, als D. Otto I. = ed. II, 4, 660 = Zaccaria Laud. episc. series 116 mit Lesarten einer Abschrift von A, = (Molossi) Memorie della città di Lodi (Lodi 1776) 1, 161, als D. Otto I. zu 972. — CD. Langob. 1291 n<sup>o</sup> 742 aus A, als D. Otto I. zu 972—973. — Vignati CD. Laud. 1, 27 n<sup>o</sup> 17 aus A zu 975. — Stumpf Reg. 865 zu 978—983.

25

Vgl. die Bemerkungen zu DO. II. 120.

¶ In nomine sanctae et individuae trinitatis. Otto divinae dispensationis clementia  
imperator augustus. Si fidelium nostrorum humillimis precibus serenissimas aures nostrae pie-  
tatis clementer impendimus, ¶ devotiores eos promptioresque in nostro procul dubio obtinebimus obse-  
30 quio; presertim denique divino cultui spetialiter mancipatis pontificibus quicquid digne petierint, nichil omnino ex nostra parte abnuendum decernimus; ipsi etenim non solum visibilibus verum etiam invi-  
sibilibus telis nos nostramque potestatem munire undique decertant. Idecirco omnium fidelium sanctae  
atque orthodoxe dei aeclesiae nostrorumque ubique presentium scilicet ac futurorum noverit industria,  
Andream sanctae Laudensis aeclesiae venerabilem episcopum missa petitione per Petrum et Gisel-  
35 bertum seu Gilbertum sanctissimos episcopos<sup>a</sup> nostram humiliter expetisse imperialem decen-  
tiam, quatenus sibi ad regendum a deo commissam pefatam aeclesiam preter generalem omnium sub  
nostra ditione consistentium aeclesiarum defensionem ob pravorum scilicet temerarios ausus hanc quo-  
que spetialiter tueremur sub nostra liberalitate, conferentes illi hoc imperatoris dignitatis emolumentum,  
per quod sicut expetiit indulsisse nos clareat et, quemadmodum subter inserta co[n]tinentur, in omnibus  
40 concessisse manifestum sit. Quapropter iam dicta ecclesia sub nostra protectione benigne adscita,  
precepta confirmamus ei universa, res quoque atque possessiones sive utriusque sexus familias tam

255. k) suprascriptus A l) quo A m) corr. aus XIII n) nonam A.

256. [Falke] a) mit überflüssigem Abkürzungszeichen